

Johann Friedrich Stiebritz

**Academiae Fridericianae Prorektor Joannes Fridericus Stiebritz ... Nec Non  
Eiusdem Director Et Reliquus Senatus Academicus Annua Sacra Natalium Domini  
Nostri Iesu Christi Ad D. XXV. Dec. M DCC LVII. Indicunt : Addita Commemoratio  
Conatuum Henr. Gvilielmi Lvdolfi Circa Ecclesiae Orientalis Salvtem Inde A Die  
XXXI. Octobris M DCC. Vsque Ad Annvm M DCC IIII.**

Halae ad Salam: Typographia Kitleriana, [1757?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862217083>

Druck Freier  Zugang







A. B.  
48. 6. 91.

64

279  
Fa-1092(64.)



1) Sigism. Jac Baumgarten Institutio<sup>n</sup> Joh. Christoph. Ebel de Indo Germanico  
 Hermeneuticarum particula prima de 14) Joach. Hen. Regenhart. Dissertatio  
 sua interpretatione scripturae sacrae medica de noxio et salutari effectu in  
 2) Sigism. Jac Baumgarten Institut. Her- 15) Fridr. ellaxm. de lauritis. Disserta-  
 menentis particula secunda de sensu scripturae ho philosophica de melioris scientie  
 3) Sigism. Jac Baumgarten Institut. Her- 16) Goth. Fridr. Oeffel. Dissertatio de  
 menentis. particula tertia curis que applicatione per linguas docentis  
 4) Sigismund Jac. Baumgarten Institut. tribus voluptate avaritia et hy- 17) Carl. Weid. de Asthmatis vera  
 Hermeneutic. particula quarta, quam perbia in philosophia elogiati vniuersi  
 defendit August. Fridr. Albrath. bus inq. felicitas profliganda  
 5) Joh. Sigism. Sommeri Dissertatio 18) Dav. Hen. Knappe de acido pra-  
 Theologica prima de obfignatione Chri- quodinis animabus  
 sti et credentium 19) Joh. Fridr. Stiebrich Commemoratio  
 6) Carl. August. Straenfee Dissertatio Theologica Hen. Guntelheim. Lupoli  
 logica secunda de obfignatione Christi circa ecclesiae orientalis salutem  
 et credentium 20) Carl. Weid. de Asthmatis vera  
 7) Goth. Gust. Vnde Dissertatio Theologica pathologica et rationali therapia  
 tertia de obfignatione Christi et credentium 21) Joh. Dan. Schumann animaduer-  
 8) Carl. August. Straenfee meditationum siones in recentem rationis sufficientis  
 philosophicarum de mediis cognitionem controversiam  
 mortuam reddendi viam disputatio 22) Al. Sarsibus Jacobi Toertsch de  
 9) Joach. Just. Breithaupti epistolarum ubi pericoparum Evangelicarum in ecclesia  
 Antipelagianarum pars secunda 23) Christoph. August. Heumann de haereticis  
 10) Wilh. Christ. Just. Orylaneri comen- Paulino in epistola ad Titum Cap. 10  
 tatio de Aetha non tam hypocrita Sarsibus in epistola ad Titum Cap. 10  
 quam perfrictae frontis homine 24) August. Bened. Michaelis Dissertatio  
 11) Morh. H. Gullisim. Orylaneri vniuersi ecclesiastica de beneficio a latere  
 12) Georg. Benjoni Dissertatio de loco ioh. 25) Jac. Oehleri Jac. Schmitt et Rudolf. Saenpleri  
 com 211 Dissertatio physico-medico mathematica de  
 termino vitali



26 Joh. Paul. Sarrach exercitatio huius  
de necessitate litteraturae iudicae.  
Auro

27 Sigism. Jac. Baumgarten Comen-  
tatio historica Theologica de solemnitate  
Christi nato sacrorum originibus

28 Paul. Ludov. Chryfander. commen-  
tatio Theologica de actionibus indispen-  
sabilibus

29 Joach. Frid. Leister meditationum  
de cognitione Naturalismi cum  
Fanaticismo disputatio prior

30 Joh. Valent. Alberti tria comen-  
tationum quarum una agit de  
infantibus suppositis altera de nymphis

31 Joh. Ant. Schmeier de eruditione  
synoptica scholis inferioribus perulti  
commentatio altera

32 Joh. Ant. Schmeier de eruditione  
synoptica scholis inferioribus perulti

33 Carl. Frid. Brodhag dissertatio  
meditationes philosophicae de usque  
scientiarum philosophicarum prima

34 Sigism. Jac. Baumgarten comen-  
tatio ad difficiliora verba Romi <sup>antiqua</sup>

35 Martin. Schmeihel enarratio solle-  
mnium quibus memoria Christi  
in lucem editi antiquitus celebrata est

36 Joh. Bruncker de mente Dregue Christi  
nati memoriae antiquitus uniseculo

37 Joh. Christoph. Camereri de ell. T. Cicero  
nis Fusculans oratio

38 Joh. Alch. Gafseri Suetonius vindicatus


39 Christ. August. Harjenni novi  
profectus in historia electricitatis

40 Joh. Henr. Calenbergii Gramma-  
tica linguae graecae vulgari  
quae hodiernae ecclesiae Graecae  
vernacula est in tabulis synoptici


41 Joh. Henr. Calenbergii Paradigma  
linguae graecae quae hodiernae eccle-  
siae Graecae vernacula est

42 Henr. Schulzii Grammatica  
Indo Persica quam Joh. Henr.  
Calenberg edidit addita praefatio-  
ne de suscipienda barbararum lin-  
guarum cultura.




















ACADEMIAE FRIDERICIANAE  
PRORECTOR  
JOANNES FRIDERICVS  
STIEBRITZ

PHILOSOPHIAE OECONOMIAE POLITICAE ET CAME-  
RALIVM PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS FACVLT. PHIL.  
LOS. DECANVS AC REGIORVM ALVMNORVM EPHORVS

NEC NON EIVSDEM

DIRECTOR

ET RELIQVVS

SENATVS ACADEMICVS

ANNA SACRA

NATALIVM  
DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI


AD D. XXV. DEC. clolccc LVII.

INDICVNT

ADDITA COMMEMORATIONE  
CONATVVM HENR. GVILIELMI LVDOLFI

CIRCA ECCLESIAE ORIENTALIS SALVTEM  
INDE A DIE XXXI. OCTOBRIS clolccc. VSQVE AD ANNVM

clolccc IIII.



HALAE AD SALAM  
E TYPOGRAPHEO KITLERIANO.





De ecclesie orientalis statu & circa salutem ejus suscipienda cura amplam ad Franckium Ludolfus, cum in Anglia commoraretur, scripsit epistolam: ejusque arbitrio permittit, num illam cum pluribus communicare vellet. Scriptio- nis hujus capita jam particulatim suis locis inseruimus. Nunc reliquas particulas commemoro. Cum sciam, „inquit, (\*) quantæ curæ tibi sint res ecclesie *universe*; „ & quod non minori successu, quam industria opereris in „ Christi vineæ parte illa, in qua divina providentia te collocavit: rem tibi „ non ingratham me facturum spero, si nonnulla (*quæ ad*) statum ecclesie Orien- „ talis (*spectant*) tibi referam, &c. Propositum mihi non est, ut formam „ cultus (*divini*) exterioris Orientalium solícite describam; quoniam ab aliis „ id factum (*est*): neque opiniones eorum circa *dogmata theologica* tibi ex- „ ponam. Dum enim *Systemata* theologica non *tractant*, *sensum suum ver-* „ *bi, consentaneis* & distincte vix explicare possunt *in plurimis capitibus*. „ Vanus præterea labor mihi videtur, si a declaratione Orientalium aliquis suæ „ ecclesie dogmatibus autoritatem conciliare velit. Vox illa *μετεσώσεως*, „ qua *substantie unius in aliam mutatio significatur*, occasionem dante lite, „ (*quæ*) circa Cyrillum Lucarem sub initio hujus sæculi *versabatur*) inventa, „ a plerisque ignoratur. Atque plurimi *de fidei capitibus* interrogati respon- „ dent, *quæ* quærenti placere atque rebus suis *prodesse* credunt, &c. Institu- „ tum

(\*) Inscriptio epistolæ hæc est: circa christianismum orientalem.



„tum meum est, ut nonnulla a me observata tibi referam; e quibus de statu regni  
 „*cælestis* inter Orientales forsitan aliquam ideam tibi formare queas. Si neque  
 „sermone satis terro, neque perquam accurata *methodo* id faciam: facile id con-  
 „donabis; quando expendes, quod intentior literarum cura neque ante actæ vi-  
 „tæ generi, neque præsentî corporis valetudini conveniat, &c. Laudabilis sine  
 „dubio est opera Armenorum, qui Novum Testamentum armenice non ita pri-  
 „dem Amstelodami (*typis*) impressere. Optandum, ut isti divinæ lucis fontes  
 „magis magisque evolvantur, ac in succum & sanguinem vertantur ab omni-  
 „bus, qui verbi, quod veritas & vita est, discipuli esse, atque absconditarum in  
 „illis involucris divitiarum participes fieri vellent. At non diffiteor, meam  
 „(esse) sententiam, majoris utilitatis rem fore, si Novum Testamentum dicta-  
 „rum (*græcæ, arabicæ & armenicæ*) linguarum (*sermone comprehensum*)  
 „vulgari *cujusque nationis idiomate expressum*, prodiret; quia istæ linguæ  
 „*literariæ* a paucis *intelliguntur*. (\*) Non enim responsum alicujus Armeni  
 „probo, qui existimabat, venerabiliores esse sacras scripturas, si a clericis  
 „*tantummodo* intelligerentur, quam si quilibet e vulgo eas evolvere (*atque*  
 „*sensum earum percipere*) posset. Sin autem porro deesset homo, qui labo-  
 „rem hunc, studio erga regnum Dei (*impulsus*) suscipere vellet, ut christia-  
 „nis Orientalibus totam Scripturam sacram, *vulgaribus sermonis generibus*  
 „(*comprehensam*) procuraret: saltem præcipua (*illius*) dicta, tam vulgari  
 „(*cujusque nationis idiomate*, quam *literaria lingua (expressa) distincte*  
 „*juxta se invicem posita*, (*typisque*) impressa, hunc usum præberent, ut eo  
 „facilius intelligi, atque viam ad percipiendum linguam *literariam* sternere  
 „possent. Idem quoque Russis optarem: nam Biblia Slavonica, quibus utun-  
 „tur, non parum differunt ab *idiomate* vulgari. Cum illis typi sint tam in  
 „urbe, Moscovia, quam *Kioviae*, ubi ipsorum academia est; facile hoc fieri  
 „posset. Quamdiu *verò ita* ecclesia Orientalis destituta est *subsidiis*, ad hau-  
 „riendum ex sacris Scripturis spirituale pabulum (*pertinentibus*;) mirum  
 „non est, quod *tam* paucos inter illos invenias, qui doctrinam de interno homi-  
 „ne, secundum imaginem divinam creato, probe norint; atque signa *regene-*  
 „*rati animi & roborati interioris hominis (in se)* monstrant &c. Modum Epi-  
 „stolæ egressus sum. Ex his, quæ *commemoravi*, licet satis confuse, aliquantum  
 „conjectare poteris, quo in statu sint res ecclesiæ in Oriente. Pro eo, quo res  
 „Domini tractas, fervore, miseriam fratrum supremo Capiti ardentissimis suspi-  
 „riis te commendaturum (*esse*) spero; quo talia vasa misericordiæ suæ præpa-  
 „ret, e quibus rivuli aquæ vivæ *uberim* emanent: tales nimirum *Missionarios*,  
 „qui, virtute Spiritus sancti instructi, macilentum gregem *in* viva pascua lucis  
 „*ducant*; atque exemplo non minus, quam sermone iis *ostendant*: qua ratione  
 „verì

A 2

(\*) Excepta arabica; cuius idioma vulgare a literario sermone non multum discrepat.



veri Christiani renovatione mentis transformandi sint; atque, *ab omnibus*  
*inquinamentis* carnis & spiritus (*se*) purgantes, in timore Dei studere debe-  
ant illi sanctimoniam, sine qua nemo videbit Dominum. Vale. Curæ potius  
nobis sit, ut ecclesiam Orientalem juvemus, quam ut (*in*) ritus & opiniones  
ejus solcite inquiramus; hoc enim plus vanitatis, quam caritatis habet. (*Ru-*  
*phenus, Fædor Alexewitsch Golowin,*) primum in gratia Tzarea locum jam  
digne tuetur.

Accidit anno c1o 1000. ut Salomo *Negri*, Damascenus, vir doctus,  
in Angliam veniret. Huic Ludolfus auctor fuit, ut Halam proficisceretur, &  
sibi commendato ecclesie Orientalis & Muhammedanorum quoque salutem  
servandi consilio inserviret. Huc pertinet Antonii Guilielmi Boehmii narra-  
tio: „(*Salomo*) *Negri* natus (*est*) Damasci: unde, cum XVII annorum juve-  
nis esset, per Jesuitas in Galliam ductus est; ut literarum studiis adjiceret  
suumque tempore *doctrinae pontificiae propagationi* apud gentem  
orientalem adhiberetur. Nunquam tamen finem suum affecuti sunt Jesuitæ.  
*Etenim quum ad sacrorum pontificiorum communionem* Parisiis olim so-  
licitaretur, in Angliam commigravit etc. (\*), ubi, amicitia inita cum *Henr.*  
*Guil.* Ludolfo, in Georgii, Daniæ principis, aula tunc temporis *Secretario* (\*\*)  
Londini (*aliquandiu*) est commoratus, donec hujus amici suafu Halam tan-  
dem contenderet. (\*\*\*) *Vockerodtus*: (*Non*) destitit circumspicere, donec  
Arabice litteraturæ magistros commodos reperiret, qui in academiis Germa-  
niæ ista studia possent excitare. Ita ejus auctoritatem --- (*securus litera-*  
*rius vir,*) Salomo *Negri*, --- Halæ --- cum applausu & successu lin-  
guam --- (*docuit*) Arabicam, & plurium juvenum studia --- (*provocavit* †)  
ad amplectendum, prosequendumque hoc litterarum genus. Non est dubi-  
tandum, patefactis interioribus Orientis partibus, crebriora Europæis fore  
cum orientalibus populis commercia.

Adelungio scripsit Ludolfus & Salehvio, Constantinopoli agentibus,  
die VI. Octobr. c1o 1000 II. „Propter occupationes meas vobis ambobus ea-  
dem epistola respondeo, vos non ægre laturos sperans, quod in epistola con-  
jungamini; cum conjuncto animo iter in remotas regiones susceperitis, & sem-  
per in votis meis connectamini, quando, *opiferam* Omnipotentis manum ad  
exsequendum propositum vestrum vobis opto. Tua -- Adelung, epistola d. xxv.  
Oct.

*Digne rueris*, Epist. de eccl. orient. msc. 1. §. 20. 21. 23. 24.

(\*) Boehmii addidit *Negri*.

(\*\*) Emerito.

Comendanz Ep. fer. Lond. die ult. Maj. 1715. Ant. Wilh. Boehmens Erbauliche  
Briefe, 421

(†) Dicta hæc simul sunt de altera Doctoris hujus commoratione apud Halenses.

*Populis commercia* Vockerodti progr. victoria veritatis evangelicæ, &c. p. 8.



„Octobris, præteriti anni scripta, cum libris, ab archimandrita, Chrysantho,  
„acceptis, ante tres circiter menses, ad manus meas pervenit. Tua vero ---  
„Salchov, d. III. Apr. scripta, cum inclusis (*litteris*) a Metropolita Kyfico &  
„P. Macario (*profectis*) paucis *hebdomadibus* citius, quam altera, tradita  
„mihi fuit. Perquam grata mihi fuere plurima *argumenta* utriusque epistolæ:  
„cum incolumitatem vestram non solum exinde perspexerim; *sed etiam* spe  
„non destituar, quod in posterum quoque divinam *tutelam* & providentiam  
„experturi sitis: cum infinitæ sapientiæ consentaneum non sit, ut sibi fidentes,  
„atque e plurimis periculis atque angustiis liberatos deserat: licet inusitatum  
„non sit inter viarum divinarum gnaros, ut, postquam, ex una molestia extri-  
„cati, paulisper requieverint, majori discrimini *denuo* involvantur; quo, fideles  
„nunc quoque reperti, eo luculentius documentum amoris divini in conserva-  
„tione & liberatione sua adipiscantur. Sicuti indignus Christi vexillo miles  
„est ille, qui ulla pericula & incommoda expavescit; ita vice versa, pro rati-  
„one perlatarum ærumnarum atque toleratarum afflictionum, gradum gloriæ  
„suis fervis Dux vitæ destinat. *Quam felici successu, Deo opitulante,*  
„amicus noster Hallensis (*Aug. Hermannus Franckius*), opus Domini tra-  
„ctare pergat, sine dubio ille ipse suis litteris poterit instituto Collegii theologi-  
„ci Orientalis: quod e XII selectis juvenibus compositum est; quibus studium  
„biblicum atque linguarum Orientalium per certum annorum numerum tra-  
„standum est. Annuat Deus cœptis, *et necessariam* opem, tam in externis,  
„quam in internis tanti momenti consilio *porrigat*! Professoris (*Joannis Hen-*  
„*rici*) *Michaelis* consanguineus (*Christianus Benedictus*) magnos in ara-  
„bicus *progressus* fecisse dicitur, ope Arabis; quem ego hinc ad illos transmise-  
„ram. Faxit Deus, ut alii alias linguas eodem successu excolant; atque in-  
„posterum eas alios doceant, qui illis ad *amplificandam gloriâ* altissimi (*Dei*)  
„feliciter utantur! Licet ego miserum statum ecclesiæ Orientalis non ignorem:  
„tamen vobis ad stipulari non possum; dum existimare videmini, quod malum  
„in illis *regionibus* omni medela superius sit. In hoc vobiscum *mibi conve-*  
„*nit*, omnem spem abjiciendam esse, nisi Omnipotens remedium, malo tollen-  
„do sufficiens, suppeditet.

Salchovio die VIII. Octobris: Postquam inclusam epistolam ad te &  
„*Adelungium* exaraveram; accepi ultimas tuas die XVIII. Julii scriptas (*litte-*  
„*ras*, *una cum utriusque apocha, qua testamini de numeratis a --- legato*)  
„*Rombonis* centum thaleris *monetæ communis*. Non est, quod gratias mihi  
„agatis: autor enim omnis boni & mihi & amico, *me in hoc adjuvanti*, facul-  
„tatem & animum ad (*peragendum*) hoc opus caritatis largitus est: eritque,  
„quod gaudeamus, si hoc vestram fiduciam augeat erga illum; *cujus manus*  
„non



non est breviata, & qui miris modis solari & beare potest & solet, quando ad incitas redacti videmur, &c. Non ignoro, quod orientalis ecclesia in lingua antiqua, quam litteralem vocant, utpote vulgo ignota, sanctimoniam & venerationis materiam quærat: dum vulgus interea a vero animæ pabulo arcetur; quod non in litteris, sed veritatibus, sub litterarum involucri latentibus, consistit. Removebit tandem Deus hoc, & omne aliud impedimentum, astuto consilio regni tenebrarum inventum; ad retardandum regni cælorum incrementum, atque *intercipiendam* ineffabilem misericordiam, generi humano destinatam.

Die XVI. Februarii Nuridjano, Armenio in Belgico: „Confile, quæso, (Amstelodami,) Dominum de *Hoesl*, virum pium & mihi valde amicum, circa rationem itineris Archiepiscopi *Philippopolensis*; forsân quoque Dominus de *Hoesl* viris piis in via eum commendare poterit. Dominus de *Bergheim*, in cujus ædibus me convenisti, tibi indicabit, ubi Dominus de *Hoesl* habitet. Patriarchæ Hierosolymitani, *Nectarii*, librum contra Pontificios, latine hic (Londini) impressum, forsân apud Philippopolensem archiepiscopum videbis. Magnum applausum invenit iste liber apud eos, qui a moribus romanis alieni sunt; satisque indicat, quam male fundatum sit argumentum de perpetuo consensu inter romanam & orientalem ecclesiam. In ea tamen ego sum opinione, parum emolumenti ex ejusmodi disputationibus provenire ad propagandum regnum Dei; quod, *inhabitante Christo* per fidem in animabus humanis, *constituitur*. Præstaret, ut ecclesiæ *particulares* inter se certarent, (*specimina edituræ, ex quibus intelligeretur,*) quæ earum plures ostendere nobis possent eos christianos, in quibus *transformatio in imaginem Domini* appareret.

Die VI. Octobris Salchovio, versanti apud Byzantinos: „Cautè loquendum est de editione Novi Testamenti græci vulgaris: quam nos hic concinnamus, ope Papæ *Seraphim*, monachi græci, emendatis aliquibus nævis, quibus vetus editio, in Hollandia facta, scatet. Scribo ad metropolitanam, *Cyrillum*, quod aliqui amatores Græcæ linguæ vulgaris *Seraphimum* induxerint, ut opus hoc in se susciperet: & optem, ut græci, linguæ *litteralis* signari, exinde quoque in cognitione sacrae Scripturæ proficere possint. Patriarcha, *Dositheus*, & ejus similes sine dubio hoc opus damnabunt, neque facile vulgo selectionem nostri Testamenti permittent. Ideoque nullam mentionem feci, quod gratis distribuenda sint exemplaria inter Græcos. Ad expiscandam (*voluntatis*) eorum inclinationem obiter dicere posses: me tibi promississe aliqua exemplaria, si tu crederes, quod aliquis linguæ *litteralis* expertus, & tamen scripturæ (*sacrae legendæ*) avidus, ad *animi sui utilitatem libro* isto uturus esset.

Die



Die XVIII. Octobris Chrysantho, archimandrita: „Plurimum reverende  
atque doctissime vir, amice in Christo magni aestimate, transmissi mihi fuere  
libri, a Domino, avunculo tuo, & aliis editi, quos amico meo Constantino-  
poli tradideras; simulque ille amicus mihi indicavit nomina quorundam  
librorum, quos hinc ad te transmitti velis. Si essem in Hollandia, facilius  
& minoribus sumptibus eos libros conquirere possem. Bibliopola enim An-  
glia plerumque *librorum suae* gentis *tantummodo mercaturam* exer-  
cent; & si librum *externum* vendant, plerumque duplo illum aestimant.  
Quoniam enim impressio anglica pluris constat, quam impressio aliarum regi-  
onum; inde fit, ut libri *externi*, quos Angli pro suis libris a bibliopolis  
*externis (intercedente)* commutatione, accipiunt, tam care hic vendun-  
tur. Sed quanquam omnes desideratos libros colligere potuissim: tamen  
omnes *simul* transmittere ausus non fuissim; quoniam navigatio ob bel-  
lum non admodum tuta est. Quare nonnullos *tantummodo in praesenti*  
transmitto; Deo volente, reliqui forsitan sequentur. Interim certum te esse  
velim, quod semper mihi jucundissimum accideret, si mira Dei providentia  
Moscovia contractam, atque Venetiis renovatam amicitiam meis officiis  
confirmare, atque aliquando christiano *animo* dignum fructum, divina ope,  
exinde elicere possim, *etc.* Cum vero ratio nobis sit reddenda omni-  
um bonorum, nobis concreditorum; eo major fructus a nobis  
expectatur, quo plura in nos collata sunt. Adeoque omnes do-  
ctes nostrae in tantum nos felices reddunt, in quantum gloriam Dei  
illis dotibus *amplificamus*, atque (*alios homines*) fratres nostros ad  
inveniendum verae beatitudinis fontem juvamus; ut illi quoque de-  
licias Domini degustare, atque (*cum*) laudibus praedicare tandem possint.  
Omnis alia eruditio, qua homo *carnalis* intumescere solet, futilis est,  
neque ullum usum in beata aeternitate habebit: & dolendum est, quod ple-  
rique homines veram illam sapientiam, in fine III. capituli Epistolae Jacobi  
descriptam, postponant infernae illi sapientiae, quae versibus praecedentibus  
illius capituli descripta est. Unde non mirum est, quod pauci experiantur  
promissum supernae sapientiae fructum; qui fructus est illud *nomen novum*,  
*quod nullus novit, nisi qui accipit*. Valde gavissus sum, quod Legatus  
Anglicus Constantinopoli comiter te exceperit, & benigne itineri Hierosoly-  
mitano tuo *fuere opitulatus*. Gratum mihi quoque fuit intellectu, quod  
amicus meus insignis, --- WORSLEY, suavi consortio tuo, in peregrinatio-  
ne sua, in terram sanctam (*directa*) usus sit. Magno desiderio illum revisendi  
teneor, ut de statu tuo certiora ex ore illius hauriam, &c. Qualem faciem  
Christi universalis ecclesia *inditura* sit, quando divina omnipotentia praes-



„sentes animorum motus, atque extremos Diaboli conatus compescuerit, so-  
„li *perscrutaturis* impervio cœlesti consilio notum est. Quilibet fidelis gra-  
„tias agere Deo debet, si fidem suam roboratam (*esse*) sentiat, ut, instar ædi-  
„ficii, in rupe fundati, omnes regni tenebrarum impetus *indemn*s sustinere  
„possit. Quam fidem altissimus (*Deus*) nobis largiatur, atque te bono eccle-  
„siæ servet!

Die VIII. Junii Rastovielskio, qui Moscux degebat, scripsit: „ Pluri-  
„mum reverende atque doctissime vir, fautor & amice *magni aestimate*, nes-  
„cio, an acceperis litteras meas, quas, post discessum tuum ex Hollandia, Ha-  
„gam transmiseram, & quarum curam excellentissimus legatus *vestras* se  
„habiturum promisit. Spero, non displiciturum tibi meum desiderium con-  
„servandi jucundi commercii, quod Hage tecum inieram; imprimis cum  
„scripto æque ac *verbis* mihi indicaveris, meam amicitiam tibi minime vi-  
„lem esse. Scire aveo, num inter vestrates Deus aliquos suscitare incipiat,  
„quibus gloria divina cordi sit, & qui cogitent de reducendo *in ecclesiam*  
„*christianam* Christianismo *vero*; qui ubique locorum, inter cœremonias  
„& opiniones, fere exspiravit. *Tam* gloriosa promissa sacra Scriptura conti-  
„net circa felicitatem universæ ecclesiæ æque, ac unius cujusque *hominis* fi-  
„delis; ut mirari satis vix possim, quod maxima pars adeo abjectam *opini-*  
„*onem* circa sponsam Regis regum sibi formaverit, ut existiment, totum  
„dictæ sponsæ corpus, atque singula ejus membra majori virtutum christia-  
„narum splendore ante finem mundi non (*esse*) coruscatura. Quamdiu adeo  
„sinistre de potentia divina sentimus: non mirum est, quod omnem spem  
„meliorum temporum abjiciamus; atque, de auxilio divino *desperantes*,  
„corruptioni nostræ indulgeamus; adeoque manifestationem gloriæ divi-  
„næ, tam in nobis ipsis, quam inter universos terræ populos, nunquam ex-  
„periamur. Quo magis scripta prophetica plurimi perlustrant, & (*in*) illo-  
„rum ac Psalmorum profundos recessus penetrant: *eo clarius* deprehen-  
„dunt, majora nobis in hac terra *promitti*, quam adhuc præstita sunt; adeo-  
„que (*esse adhuc*) expectanda; quoniam mendacii *expers* est, qui promisit,  
„&c. Qui motus inter *Protestantes*, occasione (*ex ficta*) Pietistarum (*secta*  
„*nata*) excitati sint, te non *fugit*; successus eorum --- *Sharschmid* tibi ex-  
„ponere poterit. Spero, te contractam cum ipso in Hollandia amicitiam Mos-  
„covix renovasse: & ut Dei *conciliatoris interventu* animi vestri *sincero*  
„*amore* coalescant --- vos invicem mutuis consiliis, precibus, solatiis & auxi-  
„liis roboremur, atque *provehendo* Domini operi inter fratres hac ratione  
„eo magis *aptemini*, *ex animo* opto. Si ad me scribere volueris; litteras tu-



as --- SLOYD, mercator Anglicus, ad me (*perferendas*) curabit. Gratam  
mihî rem facies, si mihî exposueris, quidnam --- Petrus VASISILOVITSCH  
POSNICOV agat. Simulque lubens intelligam ane novum patriarcham acce-  
peritis, & quisnam ille sit? Eam mihî formavi de metropolitâ rezanensi  
*opinionem*, ut illum (*patriarchali* vestrae sedi *imponi* optarem. Ecclesiae  
enim emolumentum non est sperandum, nisi e promotione ad supremas  
dignitates illorum virorum, qui scientia & virtute christiana reliquos ante-  
cellunt. Continget id tandem, quando divinae providentiae placebit, (*ut*) (\*)  
*principes* tanta sollicitudine circa regnum Dei *imbuat*, ut ecclesiae altores  
fiant; adeoque (*facto*) secundum profectus in rebus & *experimentis* spi-  
ritualibus (*delectu*) homines *ad munera ecclesiastica* admoveant. Quod  
ut *quam primum* eveniat, divina misericordia ardentibus precibus est effla-  
gitanda. Cuius benignae *tutelae & fecundissimae beneficentiae* te sincero  
animo commendo.

Lucæ Nuridjano, Armenio, die XVI Februarii scribebat: Cum reve-  
rendus archiepiscopus Philippopolensis hinc ad vos proficiscatur: non  
potui quin eum hisce litteris comitarer; te amice rogans, ut, pro indole tua  
christiana, officia, quibus forsân egebit, ei studiose praestes. Praeter volup-  
tatem, quam quilibet pius aliis inserviando percipit, hoc quoque tibi incita-  
mento erit, quod vir iste & munere ecclesiastico & naturae dotibus *se nobis*  
*commendat*. Si sententia Halam adeundi adhuc tibi staret: egregia hæc esset  
opportunitas, ut non solum iter istud sine sumptibus & in bona societate  
conficeres; sed *etiam* insuper utile officium --- Archiepiscopo praestares,  
interpretis vices obeundo. Nam Berolinum adire constituit, & si Halam  
non transeat, valde tamen isti urbi appropinquabit. *Faxit Deus, pro boni-  
tate sua*, ut dignitatem *vocatus nostri, devinitus facti*, magis magisque &  
intelligamus & exequamur. Alibi: Rogaveram --- WORSLEY, ut  
Hierosolymis inquireret, quomodo Abessinus, quem ibi cognoveram, vale-  
ret. Sed alii mihî scribunt, quod ille Abessinus Romam sit delatus, quod  
*missionarii* romani Abessiniam iterum intraverint, & quod *abessinici Legati*  
ad Regem Galliae *proficisci iussi*, in Aegyptum *venirent*. Optarem ego, ut  
in hisce ultimis temporibus misericordia divina gentis Abessinae rationem  
haberet: sicuti, *tempore* Veteris Testamenti, (*Habessini*) cognitionem veri  
Dei per reginam, quæ Salomonem convenerat, adepti sunt; atque sub *in-  
itio* novi fœderis, lucem evangelii per eunuchum, a Philippo (*ad Christum*)  
con-

(\*) addidit: secundum promissum *Jesaja XLIX. 23.*  
Commendo, scr. Loadini.



„conversum, acceperunt. Sed ego vereor, ne Romani potius sint solliciti,  
 „qua ratione Abessinos jugo *papali* submittant; quam qua ratione illos *addu-*  
 „*cant* ad vivam cognitionem Christi, ceu fontis; e quo aqua *ad vitam æter-*  
 „*nam* scaturit, & in quo thesaurus divinæ sapientiæ & virtutis latet. Anno  
 „1603. die V. Aprilis Salchovio: „Fere finitum est Novum Testamentum  
 „Græcum nostrum *Idiomatis vulgaris*: si parata sint exemplaria quædam  
 „ante discessum in classis; ea ad (*amicum*) Williams, ecclesiæ anglicanæ, *quæ*  
 „Constantinopoli (*est*) *ministerium* mittemus. Eidem: „Nescio, an audive-  
 „ris, quod - - - Scharfschmidt duos vel tres alios Halenses in *Mos-*  
 „*coviam* adduxerit: quorum unus *Moscoviae*, alter *Archangeli* concio-  
 „natur; licet deterioris indolis Lutherani ibi ipsis non parvas creent molesti-  
 „as. Interim nobilis aliquis Russus, non ita pridem *Londinum* transtiens, mi-  
 „hi narravit: turbas, in ecclesia Lutherana ibi exortas, autoritate Tzarea *ali-*  
 „*quantulum* esse compositas. Ego aliquod beneficium ex illo terræ motu  
 „(*romano*) percepi. Rogaveram - - - Arabem *Salomonem* (*Negri*)  
 „Romæ morari audiveram, quæreret, atque epistolam, a me (*scriptam*) ipsi  
 „traderet. Postquam *aliquoties* in Collegio (*Instituto, quod*) de propaganda  
 „(*ecclesia romana curam habet*) ipsum convenire frustra conatus esset,  
 „tandem in templo Syrianorum cum ipso loquutus est, atque pergratum re-  
 „sponsum ab Abessino mihi procuravit. Jussit vero *Pontifex* tempore ul-  
 „timi magni terræ motus *omnium nationum homines*, Romæ degentes,  
 „propria templa adire & orientales, proprio templo *carentes*, in *adem sa-*  
 „*cræ* Syrianorum convenire. Multa Spiritus divini indicia in dicto Ab-  
 „essino *depreberere* mihi videor, adeoque non spernendum fructum, in  
 „propagatione regni Dei inter Abessinos, ab illo *spero*. Firmiter enim  
 „credo, quod, in ultima hac *periodo* ecclesiæ, Deus non minorem curam  
 „sit habiturus gentis *byssinicæ*, quam in anterioribus duabus periodis: cum  
 „regina Sabæ a Salomone cognitionem unius solius Dei acciperet; atque sub  
 „*initio* Novi Fœderis a Philippo *baptizatus* eunuchus Evangelium in *na-*  
 „*tiones australes* inferret.

Mense Februario scripsit Rastovielskio: „Postquam Amstelodamo  
 „præterito anno ad te scripsi; amicos meos in Germania *invisi* atque,  
 „non sine *svavi* animi motu, felices successibus operis *Dominici* Helæ intui-  
 „tus sum. Magna spe fruor, quod Deus micantes in isto loco gloriosæ  
 „lucis suæ scin illas spiritu suo ita sit *sufflaturus*, ut inde emanantes radii  
 „per

Virtutis latet. Ep. ad Chrysanthum ser. d. XVIII. Oâ.  
 Evangelium inferrent. Ep. ad Salchovium, d. V. Apr.



per remotas oras sint transituri: donec felicia tempora, in multis Prophetarum & Psalmorum locis promissa, *existant*; in quibus fulgor majestatis divinae per totum terrarum orbem coruscabit, atque *Salvator* noster sanguine suo redemptam ecclesiam e tyrannide liberabit, & e militante ac fete oppressa --- *triumphantem faciet*.

Anno cIoIoccm. die XXVIII. Martii, cum in Dania versaretur, haec perscripsit ad Adelungium: „Litteræ tuæ d. XVIII. Januarii datæ, magna quidem me affecere voluptate, dum incolumem te cum comitibus itineris *advenisse* Constantinopolim, mihi significavere; *sed* gaudium hoc aliquantum imminutum fuit iis, quæ de gravissima afflictione --- SALCHOVII simul perscripsisti. Spero tamen, illum in tam acerbo conspectu non omni solatio & auxilio divino privatum fuisse; & postquam sive *vivus* sive mortuus *evaserit*, suæ, quo Redemptori suo se devovit, fidelitatis latos fructus, gloriæ cælestis plenos, (*esse*) percepturum. Doleo *vicem* -- (*ecclesiastæ*) *Williams*; misereatur Deus ipsius, ut suam & aliorum salutem *cum* majori sollicitudine curet &c. *Macarii* Epistola mihi grata fuit: optarem, ut alteram a Metropoli KYSICO, cujus mentionem facis, quoque accepissem; si illum conveneris, amice, quæso, *ipsum* meo nomine salutes.

Mense Februario ad Raftovielskium: Nullam ad te scribendi occasionem libenter prætermitto: contractæ in Hollandia tecum amicitiae jucundam memoriam mecum circumferens; atque *ex animo* optans: ut *animi nostri* e fonte veri amoris magis magisque ita irradiantur, atque accendantur; *ut* ætissimam *conjunctionem*, in Evangelio Joannis, a *Salvatore* nostro memoratam, experiamur; atque, *amplificandæ gloriæ divinae inseruientes*, fructus nostræ *conjunctionis*, æternum *permanuros*, lætabundi conspiciamus, &c.

In Belgicum reversus haec exaravit: „Postquam mira Dei providentia iter in Orientem feci: non exiguam (*exantatarum in illo*) molestiarum mearum fructum hunc reputo, quod ineundæ cum orientalis ecclesiæ membris amicitiae opportunitatem adeptus sim; nil scopo christianae fidei *convenientius* existimans, quam ut eodem *Salvatoris* sanguine redempti ætissimo amoris divini vinculo *copulentur*, atque mutua ope Dei sui gloriam --- *amplificent*.

Reliqua

*Amplificent* Epist. ad fratrem Nuridjani, d. XII. Dec.



Reliqua in præfenti addere locus non patitur. Hortandi estis, dilecti cives, ut sacra, quæ in triduum hoc incidunt, recte velitis obire. Ipsa autem præfentis temporis conditio, quam videtis ac sentitis magna ex parte, ponderosiora adfert incutitque hortamenta, quam ullus sermo noster proferre posset. Ab obortis jam & durantibus publicarum rerum motibus periculosisimis nec abest Summum Numen, nec otiosum in illis agit spectatorem; ulciscitur inter alia Verbi sui Prophetici ac Apostolici contentum, ac, sine illo, pro arbitrio, &, ut libeat, vivendi studium profanum. Fit ultio, quod docet regnorum historia, maxime Israëlitici, per intervalla & gradus; ut locus respiciendi relinquatur, & ab aliquibus saltem averti possit exitium supremum. Fontis in hoc, unde in nationes fluere debebant meliora studia, exempla, instrumenta veræ salutis, miseriarum levamenta, sed fluunt sapissime corruptelæ, vitia, pestes, scholarum videlicet atque academiæ habitum præcipue iri rationem, minime dubitabit, quisquis sapientiæ, justitiæque divinæ vias non plane ignorat. Quocirca, posito fastu, exuta incuria & ferocia, serio fiamus solliciti de DEO placando, qui juste nobis succenset. (\*) Attenti, quæsumus, ac cupidi cognoscendæ & exsequendæ voluntatis Dominicæ, interesse concionibus; ac audita convertite in considerationis, suspiriorum, precumque materiam, exclusis feriæ cogitationis avocamentis. Ita via patefecet eluctandi metum fervilem, participandi bona nati nobis Servatoris, confidenter standi in hoc rerum discrimine, ac, ut hæc cadant, spei saltem potiundi summa. P. P. in

Academia Fridericiana pridie Natalis Dominici,

CLC MCC LVII.

(\*) Non ita pridem publicavit *Vir generosus* libellum, inscriptum: „die gœttlichen Gedanken des Friedes im Kriege, &c. herausgegeben von C. H. v. B. Halle, in Verlegung des Wzyfenhauses. Optamus, ut ne dedignentur Academici quoque proposita in illo monita considerare, ac iis uti salutariter ea imprimis, quæ a pagina CXXXI. ad finem usque in medium proferuntur.









UNIVERSITÄT  
MATHMATICA  
PHYSICA  
INSTITUT  
PHYSIKALISCHES  
LABORATORIUM  
ROSTOCK




























PRAEFATIO EDITORIS.

præceptiones, typis exscribantur, pederentim, ut fert occasio,  
ones missitentur, donec in his ipsis docendæ veræ religionis cam-  
bubnascuntur identidem linguas illas percipiendi opportunitates;  
ur, utinam non amplius tam sæpe desint, sed paucorum exem-  
usifunt, plures imitentur! Sunt in his, fuereve, nostra ætate  
, Tribbechovius græcæ vulgaris, Schræderus armenicæ, Ruellius  
dlius malaicæ, Bajerus finicæ, & ingenui in littore coromandelino  
lici adminiftri, tamulicæ maxime linguæ cultores. Crebrior ta-  
ccasio, qui in Russia versantur, in Belgio & Anglia: ac optan-  
c plures orientur Pocokii, a Roberto Boylio suscitati, imitato-  
ekianorum consiliorum exsecutores; illic viri, heroinæque, in Pe-  
, & barbariei medendi ardorem succedentes. Nec alienum a  
im, Londinensium & Hafniensis, atque Petropolitanae academiæ  
ar, quod modeste liceat monere, publico sumtu ablegare erectio-  
es, qui inter barbaros incultas addiscant linguas. Utinam eadem,  
corum ejus generis institutorum præfecti, proferendis in lucem &  
us, quibus linguarum illarum periti viam eas facilius discendi ster-  
ue librarii mercatores, in tanta emtorum raritate, vix sine damno  
ri, obstetricias adhibendi manus caperent consilium! In nostra  
ejusmodi præstare conamur, Indostanicæ Grammaticæ præcepta, a  
in India versato, conscripta, liberali ejusdem tamen adjuti symbola,  
Faxit benignissimus Deus, ut conatus hic inferendæ in Indosta-  
strumentum, eoque multo majus quid aggrediendum excitentur!

XXX. Januar.  
XXXXV.

Jo. Henr. Callenberg.